a)

DOM. OCTAUIS PASCHAE.
SEQ. SCI. EU. SEC. IOHANNE.

IN ILLO TEMPORE. Cum esset sero die illo una sabbatorum et fores essent clause ubi erant discipuli congregati propter metum iudaeorum: uenit ihs et stetit in medio. et dicit eis Pax uobis Et cum hoc dixisset. ostendit eis manus et latus. Gauisi sunt ergo discipuli. uiso dno. Dixit ergo eis iterum Pax uobis Sicut misit me pater. et ego mitto uos. Hoc cum dixisset. insufflauit. et dicit eis Accipite spm scm. Quorum remiseritis peccata. remittuntur eis Et quorum retinueritis. retenta sunt. Thomas autem unus de duodecim qui dicitur didimus. non erat cum eis. quando uenit ihs. Dixerunt ergo ei. alii discipuli. Uidimus dnm. Ille autem. dixit eis Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum et mittam digitum meum in locum clauorum. et mittam manu meam in latus eius. non credam. Et post dies octo. iterum erant discipuli eius intus. et thomas cum eis. Uenit ihs ianuis clausis. et stetit in medio. et dixit Pax uobis.

b)

IN PROXIMA EBDOMADA NAT. DNI. AD UESP.

A O SAPIENTIA QUAE EX ORE ALTISSIMI PRODISTI ATTINGENS a fine usque ad finem fortiter suauiter disponensque omnia. ueni ad docendum nos viam prudentiae.

A O adonay et dux domus israhel Qui moysi in igne flamme rubi apparuisti et ei in syna legem dedisti. veni ad redimendum nos in brachio extento.

A O radix iesse qui stas in signum populorum Super quem continebunt reges os suum quem gentes deprecabuntur veni ad liberandum nos iam noli tardare.

A O clauis dauid et sceptrum domus israhel. Qui aperis et nemo claudit claudis et nemo aperit. veni et educ vinctos de domo carceris sedentes in tenebris et umbra mortis.

A O oriens splendor lucis aeterne et sol iustitie veni et illumina sedentes in tenebris et umbra mortis.

A O rex gentium et desideratus earum lapisque angularis qui facis utraque unum. veni salua hominem quem de limo formasti.

c)

inter se contingunt. DE POSTULATIS. Postulata geometrarum sunt v. ut liceat ab omni signo ad omne rectam lineam ducere. et omnem finitam rectam lineam ex regione excipere. Et omni nodo et interuallo circulum scribere. et omnes rectos angulos inter se pares esse. Et si in lineam recta linea incidens interiores angulos minores duos rectis pares fecerit. coactas lineas concurrere. Si paribus paria adiecta fuerint. omnia paria erunt. Et si paribus paria adempta. et quae in se pares sunt et inter se paria sunt.

B	M IIII	II	XXVI	VI	XIIII	V id april	XVI kl april	XXI
	M V	III	VII	VII	XV	IIII kl april	kl april	XVII
END	M VI	IIII	XVIII	I	XVI	XV kl mai	XI kl mai	XVIII
	Anni dni.	Indict.	Epacte	Concurr.	Cicl. lun.	XIIII luna	Dies dom. post	Luna ipsius
	M VII	V	Nulla	II	XVII	Non april	VIII id april	XV
B	M VIII	VI	XI	IIII	XVIII	VIII kl april	V kl april	XVII
	M VIIII	VII	XXII	V	XVIIII	id april	XV kl mai	XVIII
	M X	VIII	III	VI	I	III non april	V id april	XXI
	M XI	VIIII	XIIII	VII	II	XI kl april	VIII kl april	XVII
B	M XII	X	XXV	II	III	IIII id april	id april	XVII
	M XIII	XI	VI	III	IIII	III kl aprilis	non april	XX
EOD	M XIIII	XII	XVII	IIII	V	XIIII kl mai	VII kl mai	XXI

A. D. 984—993. — Codex Egberti.
Trèves, Stadtbibliothek, Bibelhandschriften 24.

circa A. D. 1000. — Antiphonarium Hartkeri.
Saint-Gall, Cod. 390, p. 40.

A. D. 1004. — Tabula paschalis.
Berne, Stadtbibliothek, Cod. 87, fol. 15.

License: public_domain – Various Locations, Generic Collection, , Planche 70 – Franz Steffens, La Paléographie Latine (https://fragmentarium.ms/view/page/F-2fh6/7408/59599)